Albertus dei gratia dominus de Rotenvels. Cum subditorum obsequiosa fidelitas . suis sit semper dominis exhibenda .
dominorum etiam benivolencia ipsa vice cum digna remuneracione subditis ac suis servitoribus est non immerito in
pendenda. Noverint igitur omnes huius littere inspectores . quod nos debita consideracione attendentes qualiter dilectus et fide
lis noster Rudegerus de Kuring . patri nostro felicis memorie . immo et nobis obsequiosus multimodis fuit et devo
tus . nos pro suorum obsequiorum merita recompensatione . advocaciam de pertinentiis ipsius . videlicet de curia sua et
curie pertinentiis . de duobus mansis et quatuordecim iugeribus vinearum nobis spectantem . Heinrico filio ipsius Rudegeri .
cum omni iure advocaticio infeodo contulimus . quemadmodum dictus pater suus . a nostro patre diu possederat cum quie
te . in omni benivolencia et favore ipsum Heinricum fidelem nostrum manutenere ac deffendere proponentes . Ut autem
huius feodi facta sibi collacio a memoria non recedat . hanc inde litteram conscribi fecimus . et nostri sigilli munimine
roboravimus . Testes . Otto de Wishartte . Hermannus Volsolt . Heinricus Kambone . Ulricus de Helprehtesh . Bertol
dus Wolfesbele . Otto frater suus . Cunradus de Ruprehtesh . Heinricus Kluphelstein . Albertus de Helprehtesh .
Ulricus Beinstze . Gotfridus in cisa . Beringerus de Siegersh . Cunradus frater suus . et alii quam plures .
Acta sunt hec Rotenvels . in presencia matris nostre . Anno ab incarnacione domini . M . CC . XXXII . VI .
Kalendas Maii .